



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

Climax.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

dam; Facit, inquit Hermogenes, hæc figura Apostrophen, & καταφογή, hoc est vehementiorem quendam impetum sermonis.

Climax

AqUIL. p. 28. Quod Græci vocant, *aſcenſus* nominetur à nobis. Malo enim ascensum, quam scalam, aut gradulos, ut quidam dixer. Est autem figura, per quam decora, & à Demosthenem commendata: in qua postremum quodque verbum in priore membro, aut parte aliqua elocutionis possum, in inferiorem rufius assumptum iniciatur: atque ita, velut gradibus quibusdam, cōnēctitur oratio: ad hunc modū: Ponam enim ipsum Demosthenicum versum: Et non dixi hæc quidem, non autē scripsi: nec, scripsi quidem, non profectus sum autem ad legationem: nec profectus quidem, non persuasi autē Thebanis. Hic animaduertit quanto elatius dicta sint, quam si simpliciter enuntiasset, & dixi hæc, & scripsi, & in legationem profectus sum, & persuasi Thebanis. Sic M. Tullius pro Milone. Neque vero se populo solum, sed etiam senatu commisit: nec leuāt modū, sed etiam publicis præſidijs, & armis: neque his tantum, sed etiam eius potestatis, cui senatus totam Remp. commisit. Parcè autem v̄sus est figura. Nam in tertio gradu contentus fuit dicere, neque his tantum, ne rursum totum illud repereret, neque solum publicis præſidijs, & armis tantum: videlicet, quia & longum, & insuave futurum erat. Egredie autem, & (ut mihi videtur) feliciter, Licinius Calvus in Vatinium, non ergo pecuniarum magis, quam repetundarum; neq; maiestatis magis, quam Plancia legis: neq; Planicia legis magis, quam ambitus: neque ambitionia magis, quam omnium legum omnia iudicia perierunt.

Iul. Rufini. *Climax* est, cum exire in rem gradum tibi sententiae faciunt, ut, quæ Phœbo pater omnipotens, mihi Phœbus Apollo Prædixit, &c. Et,

Torna leona lupum, sequitur lupus ipse capellam:

Tlorentem cytisum sequitur lascivam capella, Latinè hæc figura dicitur gradatio.

Cænotes.

P. Russi. t^o Hoc duorum schematum coniunctionem habet: quod & ab uno verbo omnes sententiae incipiunt, & in uno nouissime acquiecent. Stratelia, Quæritis nouam rationem administrandæ recip. at reperire meliorem,

quam à maioribus accepistis, non potestis. Quæritis maximis sumptibus faciendis, quomodo tributa ne conferatis? at consiliis captas ærii opes, quas cupitis, augere non potestis. Quæritis quemadmodum scelere contaminatis hominibus parcatis? at ignoscendo nocentibus, innocentium salutem custodire non potestis.

Compar in Isocolo.

Commoratio in Epimone.

Commutatio, vide in Anacleti.

Communicatio, vide Anacœnōsis.

Concessio in Paromologia.

Deſſis.

Obſecratio, vel obtestatio, qua Deos oramus; aut homines. Cicero pro Deiotaro, Per dext. Iul. Rufini teram istam tuam ego obtestor, Per ego has ^{q. 2.} lachrymas. Pro Roſcio, *metr. inviſies*, rogar, oraque te Chrysogone, Apud deos, Virg. Per superos, atque hoc celum. Per ego has lachrymas, dextramque tuam te. Plautus, ita Deos obtestor per feneſtrem tuam.

Diabole.

Criminatio, & quasi denuntiatio corum, que futura sunt. Cicero pro Milone, Erit, erit il. Iul. p. 21. lud profecto tempus, & illucſet aliquando ille dies, cum tu ſalutaribus, &c. Terent. Vide videor iam illum diem, quo hinc egenus profugiet aliquò militatum. Apud Virg.

Sed non ante datam cingitis manib⁹ ur- bem.

Quam vos dira famæ, nostraque iniuria cadies,

Ambas subigas malis abſumere manus.

Diacope.

Sive diaſtole est, cum inter duo eadem verba diuersum ponitur aliquid medium, ut, Culpa- tusue Paris, diuīm clementia diuīm. Et, Ducage, duc ad nos. Et, Scis Proteus, scis ipſe. Latinè dicitur separatio. Species est, ut apparet Anadiplōeos.

Diareſis.

Est figura sermonis, cum rerum distributione.

vt, *Iul. p. 31.* Hic Delopum manu⁹, hic fauus rendebas Achilleis:

Classibus hic locuſ, hic actis certare ſe- bant.

(Et) Hic portus ali⁹ effodiunt.

(Et) ferit enī grauem Thymbrae Osirim.

Hæc latine dicitur distributio, vel designatio: clara, & ſubtilis appetat in copula verborum

ſuſ.